

tractatū a ciuib⁹ stati illos quos suspicat pol-
se sibi tollere ciuitatē exēminat et dispdit. **Mo-**
ralit⁹ diabol⁹ ē tyrān⁹ q̄ sua tyrannide possidet
aīaz pctōis q̄ tñ de iure ē tēplū xpī saluatoris
Iux illud **Ezech. xviij.** Dēs aīe mee sunt. ideo
qñ videt sc̄as inspiratiōes et vba dei libēter ī
aīa audiri mox conat exterminare pncipalio-
res aīe ciues quos suspicat aīaz sibi posse sur-
ripe et xpo cui⁹ erat reddere. Et hī ciues sūt me-
morā. itelligētia. et sic d̄ alijs. Nā memoriā ex-
cludit a xpī passiōe et eā exultare facit p huius
mūdi caduca. **Intelligētia** phibet cōtemplari
supna. et eā iducit ad meditari supba. **Volūta-**
tē elenat ab amore diuino et ipaz suadet amare
pecuniā. Et sic his exterminat ciuib⁹ diabol⁹
aīaz detinet captiuā. **figura** **Exo. v.** Cū **Mo-**
yses pmo pplm d̄ egypti exitu induxisset **pha-**
rao statim pplm p egyptū dispit et ad lutuz et
ad paleas colligēdas coegit. **Per pharaonē** ī
telligit diabol⁹. qz interpretat nudauit virū. qd̄
recte puenit diabolo q̄ hoīez p̄mū glia et stola
imortalitatē nudauit sic ipse p̄q̄rebat **Job. xix.**
Spoliāuit me glia mea. et abstulit coronā d̄ ca-
pite meo. **Sz p Moysen** subaudi p̄dicatorem
pplm xpianū inducētē ab exitu pcti qd̄ intelli-
git p egyptū. **Diabol⁹** vō hoc sentiēs dispgit
illū p varioz mēoriā et pōpaz p̄tēplatiōez. p
diuitiarūqz amorē p hui⁹ mūdi tenebras. vt sic
maneat ī pctis. **Jo dīc Greg. x.** moral. atiqu⁹
hostiex p̄pō certamie dū se succūbere p̄siderat
ad alia tēptationū bella restaurat. **Intuet hūa**
nī generi vnus cuiusqz mores cui vitio sūt p̄pī-
qozes. et illa ponit an facie ad q̄ citi⁹ nouit icli-
nari mētē. **Adīrco** cū tali dño imo crudeli ty-
rāno nō d̄z fūire hō. sz se excutere ab ei⁹ domi-
nij iugo fūireqz dño iesu xpo vt tādē possit cuz
eo viuere ī regno etno. ad qd̄ nos pducatur et.

De eadem dñica. Sermo secundus.

Nemo pōt duo
bus dñis fūire. **Mat. xvi. 3.** **Exp̄ien-**
tia docuit atqz docet q̄ gētes diuersoz morū
bitare sil nō pnt. qz qd̄. s. vni placz alteri displicet
Jo cū xps q̄ erat iude⁹ pctisset aquā a sama-
ritana dixit illi **Job. iiii.** Quō tu cū sis iudeus
bibere posses a me. qz sum mulier samaritana
nō enī cōicant iudei samaritanis. **Moraliter**
aīa fidel⁹ q̄ data ē xpī fūitio sil cū diabolo hita-
re nō pōt. qz sunt iter se diuersoz morū et con-
trarioz. Nā aīa ex iformatiōe xpī diligit cha-
ritatē. sectat hūilitatē et ondit mititatē. **Iux il-**
lud **Mat. xi.** **Discite a me** o vos aīe vicz miti-
tatē et hūilitatē. qz mitis sū et hūilis corde. **Sz**

diabol⁹ ecōuerso diligit inuidiā et sectat supbiā
sicut testat **Bonaue.** ī sc̄pto sup. ij. senten. q. j.
Mēs diaboli q̄ ē pncipalr duob⁹ vitijs obses-
sa. s. supbia et inuidia vidēs hoīez ī statu ī quo
pōt cadere sub diabolica p̄tate et ī quo pote-
rat ascēdere ad supnā felicitatē a q̄ ipse cecide-
rat ex supbia mor⁹ ē ex inuidia ad ipm tēptan-
dū. **Ex** supbia nāqz vt eū sibi subijceret. **Ex** in-
uidia vō vt a supna felicitate impediret. **Sup-**
bia enī fuit sicut mouēs p̄mū. **Inuidia** sicut
mouēs p̄ximū. **Esto** enī q̄ nō posset dñari sup
hoīez. adhuc studuisset ipsuz a padisi gaudijs
impedire. **Ex** quo dicto p̄t̄z q̄ diabol⁹ diligit
inuidiā et sectat supbiā. **Ideo** aīa fidelis nūq̄ ē
ī pace cū diabolo habitādo et ei fūiendo. **Sed**
seruies xpo hñ erit ī pace. **Iux illud ps.** **In** pa-
ce ī idipsum dormiā et requiescā. **Debet** ḡ dia-
bolū totaliter deferere. et se inquātū pōt ab eo
eiusqz seruicio elongare si vult xpo ī pace ser-
uire. qz nemo p̄t duob⁹ dñis fūire. videlz xpo
et diabolo vt dicūt vba p̄assumpta. **In** p̄nti eūā
gelio pncipalit⁹ duo facit. **Primo** ipossibilitatē
fuitutē p̄trarioz dñoz. ibi nemo pōt duob⁹.
Scdo dissuadet sollicitudinē nimā terrenoz.
ibi. **Jo** ne sol. **Circa** p̄mū uotandū **Uin.** ī spe.
histo. li. ij. c. lviij. dīc. **In** duob⁹ filiis **Adē** cha-
yn et abel ortū habuerūt due ciuitates fm aug.
Una sc̄tōz q̄ pegrinat ī terrī et hitatiōez expe-
ctat ī celis. hec ē hierl̄m celestis. **Altera** repro-
boz q̄ hitatiōez suā h̄z h̄. spem vō futuroz
nō habēs. **Hec** ē babilon spūalis. hec ille. **Et**
sicut sunt due ciuitates. ita sūt et duo dñi atqz
reges. **Sanctorum** domin⁹ et electoz est de⁹.
Dñs vō reproboz ē diabolus q̄ est rex super
oēs filios superbie. **Job. xli.** **Alis** dñis nemo
potest simul seruire. qz sunt contrarij. **Nā** de⁹
p̄cipit humilitatē. diabolus vō elationez. q̄re
seruiendū est deo. p cui⁹ humilitatē puenitur
ad regnū. **Quod** fm **Aureliū** ī li. fontis vite ē
plenū claritatis lucis. sapiētie et glorie et bone
statis. dulcedinis et melodie et leticie p̄p̄nis
et omnis boni ineffabilis quod nec dīcī nec co-
gitari potest. **Ecōtra** vō diabolo non est serui-
endū. qz seruientes sibi male remunerat eo q̄
omnib⁹ bonis eos p̄uat. **Qd̄** pbat ī simili. **Nā**
crudelis dñs et tyrānus victa et capta ciuitate
vī ipsam destruit munitionibus ne amplius re-
sistere valeat. et sic p̄stratā dimittit vt nō ad re-
sistendū sed ad patiendū sit apta. **Moralit⁹** di-
abolus est ille crudelissimus dñs et hostis imo
et tyrān⁹. **Sed** ciuitas est anima cuiuslibet ho-
minis p̄tra quā si diabolus pōt habere victo-
riā capiēdo ipsam p peccatū homo fit seruus
eius. **Quo** facto diabol⁹ tanq̄ dñs ad animaz
intrat. et omnes virtutes exterminat. **Et** hoc

Dñica xx. p^a trinita.

R figuratū est. **iii. Reg. xxv.** vbi legitur q^d Nabu-
cho. rex babilonis et exercit^{us} eius vi obtenta
hierusalē expoliavit templū. et illa q^{ue} abstulit
hec fuisse dicuntur candelabrum luminis. altare
aureū mēsa. p^{ro}positionis. corona faciei templi.
vasa incēsi. vasa aque sacrificij. vestes sacerdo-
tales. et postmodū omni spurcicia repleuit tē-
plū. **Moraliter** diabol^{us} vincens aīa. i. subijci-
ens sibi ipsam intrat. et primo extinguit cande-
labrum. id ē. excecatur iudicium ratiōis. **Secun-**
do rumpit altare aureum p^{er} q^{uod} vera charitas
denotat^{ur}. **Tertio** mensam p^{ro}positiōis euertit p^{er}
quā v^{er}bū dei figuratur. q^{uod} v^{er}bū dei spūalis ci-
bus est anime. **Matth. iij.** Non i solo pane vi-
uit homo. **Quarto** remouet coronā faciei tem-
pli. q^{uod} delet auferendo verecundiam peccandi
atq^{ue} ruborem vt anima velut effrons meretrix
fiat. **Quinto** destruit vasa incēsi. p^{er} q^{uod} notatur
deuote orationes. **Sexto** v^{er}o vasa aque sacrifi-
cij. q^{uod} peruertit oculos ne ibi iueniatur lachry-
mar^{um} contritio per quā fit nostrum sacrificiū
acceptū deo. **Ultimo** lacerat vestem sacerdo-
talem. i. innocentie pallium quod christus no-
bis acquisiuit. et quod accepimus in baptismo
His igitur expoliatis miser homo q^{ui} prius fuit
templū dei efficitur brutoz. i. demonūz stabu-
lum et receptaculum gētiū babilonis. id est.
oīūz vitiorum. **De hoc Aug^{ustinus} li. Solil.** Ipi in-
quit videntes me sine te despererūt me. diuise-
runt sibi vestimenta mea quibus honorasti me
fecerunt sibi viam p^{er} me. sub pedibus suis con-
culcauerunt me. fecibus polluerūt templū san-
ctum. posuerunt me desolatū tota die merore
confectum. **I**am post eos cecus et nudus. et il-
laqueatus funib^{us} peccatoz. me trahēbat post
se in circuitu de vitio in vitium. de luto i lūtū.
et ibam absq^{ue} fortitudine ante faciez subsequē-
tis. seruus eram. seruitutez amabam. et vincet^{us}
eram et vincula non horrebam. amāz dulce et
dulce amāz credebāz. miser hoc non cognos-
cebam. quia eram sine te. **Secundo** figuratū
est **Hiere. vi. et. iij. Regū. xxv.** postq^{uam} Nabu-
chodonosor cepit hierusalem et illam igne ac-
cendit. et capto **Fedechia** rege interfecit oēs
principes **Juda** et omnes filios regis i oculis
regis occidit. **R**egem v^{er}o excecavit. detulitq^{ue}
in **Babylonem** et tenuit in carcere vsq^{ue} in dies
mortis sue. **Moraliter** Nabuchodonosor iter
pretatur in angustia. et significat diabolū q^{ui} in
angustia eterne pene sedet. et p^{ot} finaliter dī-
cere **Dan. xij.** Angustie mibi sūt vndiq^{ue} **M**ste
ergo postq^{uam} pugnando vicerit hierusalem. id
est. animaz hominis. occidit omnes principes
iudeozum. **J**udei interpretatur confessio. cuius
principes tres sunt. cordis. contritio. oris cō-

fessio. et opis satisfactio. **H**os enī p^{ri}ncipes de-
bellata anima et capta ea diabol^{us} conatur oc-
cidere. quoniam si illi p^{ri}ncipes vincerēt. cito
animā de manu diaboli sua p^{ro}bitate liberaret.
Occidit vlt^{er}ius omnes filios regis. quia om-
nes anime fructus et v^{er}tuosa opa extinguntur
Excecatur rex. i. lumie ratiōis. et sic peccator
tristis de rege factus est seruus. excecatur du-
citur ad babylonem. id est. ad inferni cōfusio-
nem et ignominia vinculis peccatozū. vbi fm
Aureliū vbi supra est locus plenus tenebrāz
miserie et discordie. turpitudinis et amaritudi-
nis. doloris. sitis et famis inextinguibilis. tri-
sticie. vindicte perennis et oīs ineffabilis malī
quod nec cogitari nec dici potest. **E**cce q^{uod}li do-
mino seruis o peccator qui te h^{ab} remunerat ta-
libus malis et tandē tradit penis eternis. qua-
re deo potius seruias in cuius regno nihil ali-
ud inuenitur nisi quod placet. fouet et delectat
Dimitte diabolū in cui^{us} regno nihil aliud in-
uenitur et sentitur nisi quod displicet offendit et
cruciat. famulare christo in cuius regno omne
bonum inhabitat et nullū malū. et odi. diabo-
lū in cuius regno omne malum abundat. **H**i
sunt duo dñi videlicet deus et diabolus quib^{us}
nemo seruire p^{ot} simul. **S**cōd^{us} dñi sunt spīritus
et corpus vt aīa et caro. his etiā nemo p^{ot} simul
seruire. q^{uod} spūs vult puritatē. corpus v^{er}o volu-
ptatē. **E**t sepe corpus assumit dominū sup^{er}imē
do spm. cū tñ debeat fieri oppositū. **A**d p^{ro}bat^{ur} i
similitudine. **H**ereditario i^{us} iure sp^{iritus} regnū de-
bet filio legitimo. q^{uod} succedit in omnib^{us} bonis
parentis. vt i autem. quibus modis natu. effi-
legit. **S. qm. coll. vj.** et extra q^{uod} filij sunt legitimi
ca. conquestus. et. c. tanta. **I**deo ne sit iurgiu^{us}
post mortem patris consuevit pater mortū ap-
propinquans filiūz regem instituere. **S**ed tanta
est aliquoz. p^{ro}pteruitas q^{uod} quantumcūq^{ue} illis re-
gnū nō spectet vel suppetat. per fas et nephas
illud satagunt vsurpare. **M**oraliter regnu^{us} et
impium debetur spīritui et nō corpori. q^{uod} spūs
est filius dei ad imaginē dei creatus. sicut dicit
Bern^{ardus}. i. li. de cōtē. mūdi. Aīa insignita dei ima-
gine decorata similitudine. despōsata fide. dota-
ta. spū. redēpta sanguine. deputata cū angelis
capax b^{er}itudinis. et heres bonitat^{is}. **S**z corp^{us}
ē filius terre **Bern^{ardus}. iij.** Terra es et in terrā reuer-
teris. **H**ui^{us} enī tāta ē p^{ro}pteruitas. ambitio et p^{ro}su-
ptio q^{uod} p^{ro}tra oīa iura vult sibi spm^{us} sibi^{us} cere et su-
per illū regnare vt sic hō sibi famulet^{ur}. **Figura**
iiij. Reg. ij. vbi legit^{ur} q^{uod} rex dauid ordinasset q^{uod}
Salomō filius suus succedere deberet i regno
surrexit filius **Agith** adonias sumptis quinq^{ue}-
ginta viris secum dicēs. **E**go regnabo. **Q**uod
audiēs **Herabee** mater **Salomonis** p^{re}uēta

et docta p[ro]filio Nathan p[ro]phete p[ro]feta e[st] David
regi q[uod] Adonias frat[er] Salom[on]is vellet sibi re-
gnu[m] usurpare p[ro]tra regi decretu[m] Tunc rex dauid
fecit vngi salomone[m] i[n] regē. et poni sup[er] mulā suā
et sic duci p[er] terrā clamāte p[ro]p[ro]lo. vivat rex Sa-
lomō. Spūalit[er] p[er] dauid itellige xpm. p[er] Salo-
monē filiū suū hūanuz spm q[uod] e[st] fili[us] berfabee q[uod]
interp[re]tat[ur] pute[us] facietat[is]. q[uod] spūs e[st] capax satie
tatis beatitudinis eterne. Juxta illud ps. xvj.
satiabor cū appuerit gl[ori]a tua. p[er] adoniam q[uod] iter-
p[re]tat[ur] dñator sublimis significat corp[us] q[uod] sp[iritus] de-
siderat dñatōez salomōis. q[uod]re p[ro]gregat[ur]. i. vi-
ris. i. q[uod]nq[ue] sensib[us] cū appetitib[us] ipugnātib[us]. x.
p[re]cepta decalogi clamat. Ego regnabo. q[uod] cu[m]z
bis corp[us] fordidū vult ipsū surripe cōtra spm
cui regnū d[omi]ni iure icūbit. Q[uod] audies berfabee p[er]
quā h[ic] itelligit diuina p[re]t[er]latio ducit salomo-
nē. i. spm ad v[er]z dauid xpm de corp[or]e p[ro]querē
do q[uod] vngit illū v[er]it[as] et gratijs q[uod] corp[us] suū
subijcit et ascēdit sup[er] mulā reg[is]. i. cruce xpi per
memoriā passionis. et tūc clamāt oēs vires ho-
minis. vivat spūs sensitiv[us] appetitib[us] deposit[us]
Sed notabile e[st] q[uod] seq[ui]tur. iij. Reg. ij. q[uod] postq[uam]
adonias coact[us] e[st] regnū sibi suo salomōi dimitte-
re p[re] suo iube[n]te. molit[ur] e[st] accipe abisag suna-
mitē p[re]s sui mīstrā cū q[uod] ipse p[re] dauid dormie-
bat ipaz tū neq[ue] cognoscēs. S[ed] salomō mis-
so banaia fecit iterficere adonias. Sic spūalit[er]
postq[uam] corp[us] dimisit spūi regnū et dñitū adhuc
vult h[ic] carnalit[er] et voluptatē q[uod] p[er] abisag de-
signat tūc spūs mittere d[omi]ni banaia q[uod] iterp[re]ta-
tur rñsio ei[us] et significat punitiōez aut castiga-
tione[m] debitaz q[uod] rñdetur corp[us] stulto iux[ta] stulti-
ciā suā ne sibi sapiēs videat. occidat g[er] p[er] mor-
tificationē mēbroz. Quo facto Salomon. i.
spūs regnat i[n] pace fortit[er] dīmicas p[ro]tra corp[us].
Uñ Greg. Justoz fortitudo e[st] carnē vicere su-
is p[ro]p[ri]is voluptatib[us] p[ro]traire. delectatiōez vi-
te p[re]ntis extiguere. hui[us] mūdi aspa. p[er] eternis p[er]
mijis amare. p[ro]spicit blandimēta p[re]tenere. ad-
uersitatis motū i[n] corde sup[er]are. hec Greg. Ad
idē dic[ti] Bern. i. li. d[icit] p[re]t[er] mūdi. Noli attendere
q[uod] caro velit fieri s[ed] q[uod] spūs poscit. q[uod] d[icit] car-
nē debes odire et spm diligere. S[ed] d[icit] h[ic] aliq[ui]s
vt subdit Bern. dur[us] e[st] h[ic] fmo. non possū odio
h[ic] carnē. ac si diceret. volo seruire sibi. et vo-
lūtate ei[us] seq[ui]. Audi inq[ui]t Bern. Si carnē seq[ui]r[is]
i[n] carne punieris. delectar[is] i[n] carne torq[ue]beris i[n]
carne. S[ed] d[icit] aliq[ui]s. ex quo corp[us] tā sepi[us] vult
dñari spūi. q[uod]re tūc alligatū e[st] sibi. Ad hoc rñ-
det Pol. sup[er] li. Sap. lec. cxij. q[uod] corpus post
pctm aie aut spūi i[n] triplex officiū alligat[ur]. Pri-
mo enī aia h[ic] sibi corp[us] p[ro]iunctum sicut instrū-
m[entum] i[n] adiutoriu[m] ad seruiedū. Uñ dicit Aris. j. pol.

q[uod] hō p[ro]stat ex aia et corp[or]e quoz hoc p[ro]ncipās
e[st] aia. hoc aut[em] subiectū puta corpus. In hoīe
aut[em] bñ disposito corp[us] e[st] seru[us] et aia p[ro]ncipās et
dñans. In hoīe pestilencico corp[us] dñat. aia fa-
mulat. Est aut[em] fm eundē ibi duplex p[ro]ncipat[us]
videlicet dispoticus vel seruilis et politic[us] seu
regalis. Aia enī p[ro]ncipatur corp[or]i p[ro]ncipatu
dispotico. et talis p[ro]ncipat[us] q[uod] subiectū non h[ic]
nō h[ic] potentia resistēdi p[ro]ncipaliter. s[ed] intelle-
ctus p[ro]ncipatur appetitui politico p[ro]ncipatu et
regali q[uod] appetit[us] h[ic] aliq[uod] p[ro]tētiā resistēdi ra-
tioni. Patet g[er] fm eū q[uod] corp[us] e[st] seruilis p[ro]ditio-
nis et aia libere. Et q[uod] seru[us] delicate nutritus
p[ro]teruit i[n] dñm. Jux[ta] illud p[ro]uer. xxx. Qui de-
licate nutrit seruū suū. i. corp[us] q[uod] rōni debue-
rat subiugari tāq[uam] dñio suo. postea sentiet eum
cōtum acē. i. lasciuū et dñabile vt exponit Pa-
scasius. Ideo statim a puericia d[icit] iste seruus
domari et i[n] seruitutē redigi. Et hoc sat[is] aduer-
tit apls cū ait. Castigo corpus meū et i[n] serui-
tutē redigo. j. Cor. ij. Seruit[us] aut[em] si sit occul-
ta impedit matrimoniū p[ro]tractū cū libera. vñ
si seruus dicat se ingenuū et p[ro]trahit cū libera.
et ipsa postea p[ro]pendit se deceptā p[ot] agere ad
diuortiu[m] faciendum et obtinebit. xxix. q. ij. Si
quis ingenuus. extra de condi. ser. p[ro]posuit. et
c. ad nostram. Moraliter seru[us] iste videl[icet] cor-
pus n[ost]rū fingit se eē lib[er] et nobile. et iactat to-
tū mundū esse suū et p[ro]p[ri]e se ordinatū. Et ideo
frequēter parificari p[re]sumit rōni q[uod] est dñā sua.
et ingerit se ad matrimoniū p[er] quandā equalita-
tē cū rōne p[ro]trahēdo. Sed certe aut ratio aut
spūs d[icit] adu[er]tere et ipm repellere tāq[uam] nō ma-
ritū suū. Et nota q[uod] corp[us] n[ost]rū e[st] seru[us]. ideo
debemus nō seruo fūire. sed ad modū seruī
tractare. Quis aut[em] mod[us] sit seruū tractare
docet sapiēs Eccl. xxvij. Panis et disciplina
et opus seruo. Pat[et] ex illo q[uod] sibi tria p[ro]ueniūt
scz educatio panis. Castigatio discipline. Oc-
cupatioq[ue] opis. Educatio sibi debet ne succū-
bat. et castigatio ne sup[er]biat. Unde Greg[orius] sup[er]
Ezech. pte. ij. omel. vij. Si pl[us] corp[or]is q[uod] debe-
mus attribuius hostē nutrit[us]. et si necessita-
ti ei[us] q[uod] debem[us] nō reddimus ciuē necam[us]. Ex
quo g[er] corp[us] naturalit[er] subiectū e[st] spūi vt ser-
uus q[uod] vtilitas e[st] huic seruo seruire. De hoc se-
neca eplā. xlij. Fateor insitā nobis nostri cor-
poris charitatem. Fateor h[ic]mōi nobis gerere
tutelā. Nō enī indulgēdi e[st] illi nō seruendum.
Multis enī seruiet corp[us] q[uod] seruiet. Scdo cor-
pus datum est aie sicut indumētū ad se tēgen-
dū. Job. x. Pelle et carne vestisti me. ossibus et
neruis cōpegisti me. Et Seneca eplā. ix. Cor-
pus vt quādā vestē aie circūdedit. d[icit] iudumēti

Dñica xv. p^r trinita.

autem et rebus quibus dominus distribuit famulis suis duo videmus. ut dicit **Holkot**. Unus est quod dominus dat annuatim duplicem libratam. unam per hyeme. aliam per estate. sic solent ordinare quod illam quam seruit per hyeme sit de panno grossiori. Que vero seruit per estate de subtiliori. Moraliter tempus nostrum totum dividitur in duas partes. scilicet in hyemem et estatem. Hyems est vita presentis. estas est vita futura. Dominus autem noster est nobis daturus duplicem libratam. unam accepimus per tempore huius vite. et ideo est de rudi panno. videlicet corpus nostrum si advertimus est de rudi et turpi materia factum. Quod probat **Bernardus** in libro de tempore mundi alloquens animam dicit. Nihil inquit aliud est caro cum quam habitas. cum quam tibi tanta societas nisi spuma caro facta fragili vestitu decocta. Sed constat quod est cadaver miserum et putridum et vermium cibus. Et tamen satis sufficit pro hyeme huius vite. Iuxta illud **Heb. ix.** Corpus autem aptum est mihi. id est. aptum dedisti conveniens ipsi in quo vivo. Sed librata quam habebimus in estate vite future in resurrectione est de panno subtili. Erit enim tunc corpus subtile contra grossitiam clarum contra opacitatem. agibile contra gravitatem et impassibile contra mortalitatem. Iuxta illud **1. Cor. xv.** Seminatur corpus ignobile. et resurgit corpus spirituale. Dat ergo dominus duplicem libratam secundum diversorum temporum congruentiam. Secundo videmus in istis famulis in curijs. quod boni armigeri robas duplices percepturi non parant in hyeme a laboribus. lacerant robas nunc in pluvijs. nunc in nivibus et in ignibus cum domino ubi placuerit. Ideo est differentia. quod sciunt se novas robas in pascha percepturos. Consimili modo christiani boni moraliter loquendo non parant opibus penitentiae. corporibus suis ieiunant. vigilant et varijs penitentijs corpus macerant. Quare hoc? certe quod novas robas expectant in resurrectione quando vestientur spiritus corporibus gloriosis. Iuxta illud **Phil. iij.** Salvatorem expectamus dominum nostrum iesum christum qui performat corpus humilitatis nostre perfiguratus corporis claritatis sue. Tercio corpus datum est anime sicut tormentum ad puniendum. et hoc est secundum corpus nature lapsae. Ex quo enim ratio mentis humane subtrahit deo obedientiam quam debebat subtrahit et aie illa obedientia quam sibi corpus exhibebat. et ceperunt passiones. mortes et corruptiones affligere animam in corpore habitantem in tantum quod clare compellebat apostolus ad **Roma. vij.** Infelix ego quod me liberabit de corpore mortis huius. Et **Seneca** epistola. c. Corpus inquit hoc animi pondus est et pena. Et infra. Maior sum et ad maiora gemitus quam mancipium sum corporis mei. Equidem non aliter

aspicio quam vinculum aliquod libertati circumdatum. Tertij domini quibus nemo potest servire sunt deus et mundus qui sunt quodammodo oppositi. Quod enim uni gratum est alteri est odiosum. et quod uni placet alteri displicet. Nam deo placet pax. mundo turbatio et pressura **Ioh. xvi.** In me pacem habebitis. in mundo autem pressura. Non debes o homo odire amorem mundi et amare christum. quod dicit **Aug. sup. Ioh.** Si in corde tuo habitat amor mundi non est quo irat amor dei. Uas plenum est effunde quod habes et recipies quod non habes. effunde amorem seculi ut implearis amore dei. Sed dicitur in mundo vivo mundum odire non possum aut spernere. Audi **Bernardus** in libro de tempore mundi dicentem. Dic mihi ubi sunt amatores qui ante pauca tempora nobiscum erant. nihil ex eis remansit nisi cineres et vmes. Attende diligenter quid fuerunt. homines fuerunt sicut et tu comederunt. biberunt. riserunt. et duxerunt in bonis dies suos. et in puncto ad inferna descenderunt. Hic caro eorum vermibus. et illic anima eorum vermibus deputantur. donec reuerfi in felici collegio colligati sempiternis inuoluantur incensibus qui socii fuerunt in vitijs. hec **Bernardus**. Nemo seruitium mundi debet quilibet relinquere et contemnere. ut deo studeat diligenter servire. Sed dicitur quomodo possunt seruitores dei a mundi seruitoribus cognosci? Ad hoc responde quod per aduersitatem et tribulationem et temptationem cognoscuntur serui dei a seruis mundi. Iuxta illud **Eccl. ij.** Fili accedes ad seruitutem dei si in timore et iusticia. et prepara animam tuam ad temptationem. Nam quos mundus ponit ad dexteram prosperitatis hos huius christus ponit ad sinistram aduersitatis sicut figuratus est **Gen. xlvij.** Cum **Jacob** benediceret filiis **Ioseph** manasses et effraym stabat manasses ad dexteram. quod erat maior. **Ephraim** autem ad sinistram super caput manasses manibus cancellatis. Quod cum vidisset **Ioseph** grauiter accepit et dixit. Non ita puenit pater. quod manasses maior est et primogenitus. respondit **Jacob**. Minor maior erit. Moraliter per **Jacob** qui interpretatur suppletor christus intelligit qui benedicit tam bonis quam malis mundo deditis. Nam bonis benedicit benedictione spirituali dando eis virtutes. Sed malis benedicit benedictione temporalis dando eis diuitias. Idem **Ioseph** qui interpretatur augmentum significat mundum qui spiritum recipit auxilium in malis ponit manasses in dextera prosperitatis. Nam manasses interpretatur obliuio et significat malos diuites qui dei obliuiscuntur in presenti vita et sunt semper ad dexteram prosperitatis. Quia secundum prophetam inimici eius terram lingent id est. possident bona temporalia. Et **Ephraim** ponit ad sinistram aduersitatis. **Ephraim** interpretatur crescens. et significat bonos et humiles qui spiritum

creſcunt i bonis vtutib⁹. qz ibūt de vtute i vir-
tutē donec videbit de⁹ deoz i ſion p̄s. lxxxiiij.
z hi ſūt ſp ad ſiniſtrā aduerſitatē z pſecutiōis.
Iux illd. ij. Timo. iij. Qēs q volūt pie viuere i
xpō pſecutiōez patiūt. ſ. a malis hoib⁹. **Ali**
aut hoies z ſeductores pſciēt. qz fm glo. fre-
quēter tales mūdani pſpitate florēt. ſz non ſic
i futuro. qz tunc verus **Jacob** xp̄s dexterā ſue
pietati z bñdictiōis eterne ponet ſup caput iu-
ſtoz q h pſecutiōes ptulerūt z ibi magni erūt
Sed mali diuites q erāt h ad dexterā pſpitaſ
ibi deiſcient ad ſiniſtrā tribulatiōis z penalita-
tis. **Quia** dicit **Piero.** in eplā. **Difficile** imo i-
poſſibile eſt vt p̄ntib⁹ z futuris q̄s fruāt bonis
vt d delitijs ad delitias trāſeat z i vtroqz ſeclo
p̄mus ſit z i terra z i celo appareat glorioſus.

De adem dñica. Bermo tertius.

I Deo dico vo-
his ne ſolliciti ſitis aīc vře qd mādū
cētis aut corpi vestro qd iduamini zc. **Mat.**
vj. Scdm naturales z p̄cipue fm fontinuz in
deſcriptiōe vniuerſi. **Cādela** ardēs ſi vſus ter-
ram nimū inclinat p̄tin⁹ ſuffocat. rō. qz nimia
pinguedo z hūiditas extinguit. z hoc vult the-
ophilus i breuiloquio diuerſaz artium. **Mo-**
dica inquit pinguedine candela accenſa limpi-
diſſime lucet. **Cuz** aut ex toto oleo vel ſepe im-
mergit p̄tinus ſuffocat. **Moraliter** cādela ar-
dens ē homo accēſus i amore dei. q ſi nimiaz
inclinat ad illa inferiora p nimia ſollicitudinē
auaricie extinguit p dilectionē z pinguedinez
terrenoz q nulli paupi lucet p cōpaſſionez et
elemoſynaz largitiōē. ſz occidit eos p elemo-
ſyne ſubtractionē. z tādē occidit p diuinā cor-
reptionē. z ſic extinguit h in claritate z in ſi-
ne i aīa z corpe diuina ſeueritate. **figura** **Ben-**
iiij. legit qz caym occidit frēz ſuuz quē lamech
poſtea occidit inē ſolia arborz ſagitta ſua pu-
tās eſſe feraz. **Moralit** caym interpretat poſſeſ-
ſio. z ſignificat mundi auaz q hz poſſeſſiones
multas. **Sz** qz nō dat paupib⁹ eſurientib⁹ eos
occidit. qz dīc **Ambro.** li. de offi. z habet. xlvj
diſ. paſce. **Paſce** inq̄t fame morientē. q̄s q̄s enī
paſcēdo hoiez ſeruare poteris. ſi nō paueris
occidiſti. **Et** ſicut occidit h ſollicit⁹ auar⁹ fra-
trem ſuum. videlz pauperē. ideo occidit a **La-**
mech inter ſolia. **Solia** vmbzā ſolū faciūt. z in
autumno deponūtur z cadunt. **Quia** diuitie p
nimiam ſollicitudinē acquiſite ſtatim tempo-
re mortis ab aūro excludunt. **Quia** dicit p̄s.
Diues cum interierit nō ſumit omnia ſed pan-

niculum vilē. **Et** tūc pcutitur ſagitta **Lamech**
q̄ interpretatur pcutiēs z ſignificat chriſtu⁹ qui
dicit **Deut. xxxij.** Percutiam z ego ſanabo. h
percutiet ſagitta vltionis z imifericordie ip̄m
auaruz. eo q pauperi miſericordiā nō fecit. qz
iudiciū ſine miſericordia fiet illi qui miſericor-
diā nō fecit. **Ja. ij. c.** **Et** a ſine excludetur a lu-
ce eterna. **Iux illud Rich.** de ſanc. vic. **Mens**
quippe humana terrenis cupiditatib⁹ dedita
luci eſt felicitatis eterne z gratie aliena. **Ideo**
dominus in p̄nti verbo ppoſito. phibet nimia
ſollicitudinē cupiditatis dicens. **Ideo** dico
vobis zc. **In** quo duo facit. **Primo** ſollicitudi-
nē nimiaz diſſuadendo. **Secdo** exēpla hui⁹ diſ-
ſuaſionis iudicando. **Circa** qd notādūz. ſolli-
citudō eſt triplex. prima eſt puidētie ſpiritua-
lis cōmendabilis. **Et** conſtat p̄ncipaliter i tri-
bus. **Primo** in ſanctoꝝ famulatiōe. videlz vt
homo ſollicitus ſit deo z ſanctis ſuis ſeruēdo
de qua dicit ap̄ls **Roma. xij.** **Sollicitudine** nō
pigri. ſpiritu ſeruientes. domino ſeruientes. ſed
hanc ſollicitudinē non habent aliqua gene-
ra hominum. **Primu⁹** genus ſunt iuuenes vo-
luptuoſi qui ſuam iuuetutē vt frequenter offe-
runt diabolo et mūdo ſeruendo. qz dicit **Ma-**
ſaſcenus li. viij. vbi vni⁹z adoleſcētū virtuti-
bus videris eſſuſſiſſe ibi mille reperies periſſe
ſed ſenectutem tñ offerunt deo dicentes vul-
gariter. **Man** ſol ſic der iugent nieten. **Sz** nō
ſic o iuuenis. ſz memēto creatoris tui. videlicz
qui te fecit ex nihilo ad ſuam imāginēz. ppter
quod totus obligatus es ad eius ſeruitutem i
diebus iuuentutis tue. **Quia** tñc potes ei fm
glo. promptius z melius ſeruīre anteq̄ veniat
tempus afflictiōis tue ſc̄z ſenectutis. **Eccl. xij**
Quia fm **Horacium** i arte. multa ſenē circū-
ueniunt incommoda. **Scdm** genus ſunt diui-
tes pecunioſi qui non deo ſed pecunie ſeruūt
De quib⁹ **Ozee. viij.** **Argentum** ſuuz z aurum
ſuum fecerunt ſibi idola vt interirēt. hoc ē ido-
lum mammon quod adorant auari. vñ z aua-
ricia appellatur idolorum ſeruit⁹ **Eph. v.** vbi
dicit glo. **Pluz** auarum ſignat cuius de⁹ num-
mus eſt. talis nūmos adorat z colit vt deū. dī-
ligit enī nummū vt ſic pl⁹ q̄ ſe. ſicut xpianus
debet diligere deū verū. hoc ptz. qz animā ſuā
ponit p pecuniā acq̄renda. **Ioh. xv.** **Maiores**
hac dilectionē nemo hz q̄ vt aīaz ſuam ponat
q̄s p amīc ſuis. ppter qd dī **Eccl. x.** **Nihil** ini-
qui⁹ q̄ amare pecuniā. hic enī aīaz venalē hz.
z de pecuniā p̄tinue meditat⁹ z cōtēplat⁹. **Ben.**
xlij. **Cōtemplati** ſunt pecuniā i ore ſacci. z a pe-
cuniā ſua nūq̄ ſepat ſpōte. quia **Mat. vj.** vbi
thēſaur⁹ tuus ē ibi z cor tuū. **Sed** in fine ab ea